XXXVIIII Item hier(onimi) ad riparium et de
siderium p(res)b(yter)os aduersus uigilantium

Multa in orbe mons
tra generata s(un)t · centau
ros · et syrenas · ululas · et ono
cratulos in esaia legimus · iob
leuiathan et behemoth mistico ser
mone describit · cerberu(m) et stympha
lidas · aprum q(ue) erymanthiu(m) et leone(m)
nemaeu(m) · cymera(m) et hydra(m) multo
rum capitu(m) narrant fabulae poetarum;
Cacu(m) describit uergilius triformem
geryone(m) spania p(ro)didit · sola gal
lia monstra n(on) habuit · sed uiris sep(er)
fortib(us) et eloquentissimis abundauit;
Exortus e(st) subito uigilantius dormitan
tius · qui inmundo sp(irit)u pugnet contra
xpi sp(iritu)m · et martyru(m) neget sepul
chra ueneranda · damnandas dicat
ee uigilias · et numqua(m) nisi in pascha
alleluia cantandu(m) · continentia(m) h(a)eresim ·
pudicitia(m) libidinis seminariu(m); et quo
modo euforb(us) in phitagora renatus
p(er)hibet(ur) · sic in isto iouiniani mens pra
ua surrexit; ut et in illo et in hoc dia
boli cogamur respondere insidiis.
Cui iure dicet(ur) · semen pessimu(m) · para
filios tuos occisioni peccatis patris
tui; Ille romanae aecclesiae auc
toritate damnatus · int(er) fasides aues
et carnes suillas n(on) tam emisit sp(iritu)m
quam eructauit · Iste caupo caligurri
tanus et in p(er)uersu(m) p(ro)p(ter) nom(en) uiculi

Mutus quintilianus miscet aqua(m) uino ·
et de artificio pristino sua uenena
p(er)fidi(a)e · catholicae fidei sociare conat(ur)
Inpugnare uirginitate(m) · odisse pu
dicitia(m) · In conuiuio s(a)ecularium contra
s(an)c(t)orum ieiunia declamare · Du(m) int(er)
fialas philosoph(a)t(ur) · et ad placenta
liguriens · psalmoru(m) modulatione
mulcet(ur) · ut tantu(m) int(er) epulas dauid
et idithun et asaph et filioru(m) core
cantica audire dignet(ur); haec dolentis
magis effudi animo qua(m) ridentis;
Dum me cohibere n(on) possu(m) · et iniuriam
apostoloru(m) ac martyru(m) surda nequeo
aure transire · Pro nefas · ep(iscop)os
suos dicit(ur) sceleris habere consor
tes · Si tamen ep(iscop)i nominandi
sunt · qui non ordinant diaconos
nisi prius uxores duxerint · nulli
celibum credentes pudicitiam ·
immo ostendentes qua(m) s(an)c(t)e uiuant ·
qui male de omnibus suspicantur;
et nisi praegnantes uxores uiderint
clericorum · infantesque de ul
nis matrum uagientes · xpi sa
cramenta non tribuunt; quid
faciunt orientis ecclesiae · quid
aegypti · et sedis apostolicae · quae
aut uirgines clericos accipit · aut
continentes · aut si uxores habu
erint mariti esse desistunt.
Hoc docet dormitantius libidini
frena p(er)mittens ·

© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0234
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG · BLB Badische Landes-Bibliothek · HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen · UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation · Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991